



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Quinquagesimum primum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

A Notatio ad Caput Quinquagesimum  
primum.

**M**Anuscriptus Walkinum nominat Fabrum, qui cum filio nocte intempesta martyrij locum vidit glorioso lumine illustratum, eiusdem luminis tertium laudat testem. Religiosum virum Eckbertum monachum Scheidanum, Geuelsbergi illa nocte præsentem. Quod de cruce carpentarij subijcit manuscriptus miraculum copiosè Suriana enarrat editio.

B Caput Quinquagesimum secundum.

*De puella muta & languida curata.*

**M**VLIER quædam cum filia, quæ semper clauda & muta fuerat, ad sacrum martyrij locum venit, & aliquot diebus cum lachrymis pro illa martyris opem imploravit. Et ecce muta loquitur, petit ouam à matre, illudque præcul ab ea allatum, propiùs ad eam accedens, hilariter accipit ex manu illius. Clauda' & muta curatur.

C Notatio ad Caput Quinquagesimum  
secundum.

**M**iraculum hoc manuscriptus, aliquanto plenius refert; contigisse illud, inquit, cum adhuc ligneum facellum in sacro Martyrij loco esset; deinde mulierem fuisse ex Hiddinghusen &c. miraculi testes sequentibus laudat verbis: *Huic duplici miraculo interfuerunt Plebanus de Gummersberg VV althelmus nomine, & Sacerdos quidam Capellanus Liuoniensis Episcopi, Euerhardus etiam Sacerdos de Sruelme, cum eiusdem villa Plebano Berchtoldo & Iohanne Subdiacono, qui omnes usque hodie perhibent iam dictam Puellam per martyris merita fuisse sanatam.*

Hiddinghusen satrapix Wolckmarsheimensis pagus est Hiddinghusen. & Parochia S. Huberti, subiectos sibi quatuor alios habet pagos & domicilia Nobilium Canstein & Spiegel.

Caput